

Mythologia, Venise, 1567 - X [137] : De Momo [et conclusion]

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[143\] : De Momo \[et conclusion\]](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX

[Mythologia, Venise, 1567 - IX, 20 : De Momo](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[143\] : De Mome \[et conclusion\]](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[143\] : De Mome \[et conclusion\]](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [137] : De Momo [et conclusion], 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 28/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1072>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 306v°-307r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Momus](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiae

De Narcissus.

VT autem temperantes, & prudentes & viri boni essent, nullum esse facinorosum hominem impune tradiderunt antiqui. nam tametsi Deus aliquandiu differt vindictam, tamen multo grauiorem illam posse concitat; quod per Narcissi fabulam explicatur. si quis enim nimis vel forma corporis, vel opum magnitudine, vel nobilitate generis, vel viribus gloriatur ac efficeratur, neque cognoscat se largiente Deo huc omnia habere, ille ob suam imprudentiam huc sibi facit perniciosa, non minus quam male affectus a grotantis stomachus, cui vel optimi cibi sunt noxiil ob digerendi debilitatem.

De Belidibus.

AD educationem vero liberorum Belidum exemplum pertinet, nam neque parentes quidpiam liberis contra humanitatem, iusque naturae, & deorum religionem debent imperare; ne paterno consilio improbi esse confescantur; neque liberi crudelia & impia & inhumana parentum mandata exequi. sin autem magis paterna, quam divina reverentia teneantur, Deum denique sentient esse grauissimum impurorum & consceleratorum hominum vindicem. nemo enim malus est impune.

De Shinge.

QVAB autem dicta sunt de Sphinge, hortabantur vnumquemque ad fortunam suam aequo animo ferendam, cum omnis humanae vice status sit inconitans, cum humanum sit calamitatibus subiici, cum vel volenti, vel inuito fortunam ferre omnino necesse sit. arque, ut summatis dicam, necesse est vnicuique vel suam sapienter fortunam perferte, vel omnino si quis illam ferendo vincere non poterit, ab illa denique superari, & in extremas miseras incidere.

De Nemesis.

ENIM VERO cum vellent demonstrare antiqui sapientes nihil Deo gratius, vel vita hominum utilius quam in veraq; fortuna animi moderatione, multis fabulas finxerunt, quibus ad miserias & calamitates fortiter perferendas nos hortarentur. Sed quia nonnulli aequo animo aduersa tulissent, at felicia & prospera ferre nescirent, Nemesis Iustitiae filiam introduxerunt grauissimam Deam, quae de illis supplicium sumeret, qui nimis elati aliquo felici rerum successu non mediocriter extollerentur, fierentque ceteris hominibus intollerabiles. Nam hanc Deorum iussum quam citissime ad superborum poenas conuolate finxerunt.

De Momo.

DENIQUE nemini esse grauiter serendum aiebant si quis que humaniter, que prudenter, que pie & secundum leges fecerimus, carperet; quando neque Deus quidem placet omnibus, cum neque ipse quidem

Momus

Momis reprehensione carere potuerit. Non esse curandum quid homines imprudentes de nobis loquantur, cum nobis multorum recte factorum fuerimus concisi. Enimvero siquā velitatem studiosi homines ex hisce meis laboribus percipient, primū gratias agere debebunt summo Deo nostro Iesu Christo, à quo omnia recta procedunt consilia, cuius ope & impulsu, vt arbitor, omnes propè antiquæ religionis fallacias & vana mysteria pateteci. Deinde gratias agere debent nonnullis viris illustribus, inter quos principē locū obtinet vir clarissimus & optimus Renaldus FERRERIVS Præsidens Parlamenti Parisiensis, oībus quidē egregiis animi donibus ornatussissimus, & Valerius Frenzus Quæsitor prævictatis hereticæ apud Venetos prudentissimus; quorum autoritas plurimum me impulit, vt ista ipsa ederem ad omnium commoditatem, quæ mihi per vniuersum propè vitæ meæ cursum ad facilitatem meorum studiorum mihi comparaueram. Fator illud ingenuè, quod nisi me tantorum virorum autoritas communouisset, nunquam eram ista in lucem emissuras: tum ut maleuolorum calumnias deuitem, cum etiam ut meis his laboribus aliquid adiungerem. quid enim p̄ibet hæc fieri posse à me indies meliora? sed tantorum virorum voluntati nō pasere nefas putani. plurimum igitur gaudeo me tantum opus ad bonorum gratiam absoluuisse, in quo præsertim pacifacatum est, illa quæ fuerant ab antiquis sapientibus ad probitatem excoigitata, non prorsus abhorrente ab integritate & sanctitate Christianæ religionis. Nam facile est ex ipsa fabularum vniuersitate indicare, diuinas leges, quæ sanctis illis patribus diuinitus traditæ sunt ante Christi aduentum, sub fabularum innolucris ab antiquis Grecis fuisse occultatas. Quis enim constanter negare possit leges illas quæ dæc sunt Hebreis sanctis hominibus primum ad sacerdotes in Aegyptum, deinde ex Aegypto in Græciam commigrasse? Cum præsertim omnis Græcorum theologia & philosophia occulte sub fabulis antiquitus ab Aegyptiis capta tradetur. Nam tamen conselerorum vel hominum vel demonum consilio, aut imperitorum veritatis vitio res posse fuit in populorum perniciem conuersa, qui res non satis cognitas coluerunt; tamen hæc ipsa dogmata fuerant à sapientibus primum ad sanctitatem, ad religionem ac Dei cultum, ad probitatem, fidem, iustitiam, innocentiam tradita. Atque hæc illa sunt, quæ nos pro nostri ingenii viribus colligere diutinis laboribus studuimus, quæq; sub fabulis antiqui sapientes significabant.

F I N I S.

